



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia

Ab anno MCLXXXI. ad annum MCCCXIV.

Parisiis, 1644

IX. De patronis laicis clericos ad ecclesias simoniace praesenta[n]tibus.

urn:nbn:de:hbz:466:1-15974

ANNO
CHRISTI
1145.

VIII.

Si episcopus aliquem excommunicauerit certa de causa, denuntiet vicinis episcopis per suas patentes literas, vt excommunicatum denuntiari faciant, & euitari: & tunc sine difficultate aliqua vicini episcopi excommunicatum faciant publice denuntiari, & in diocesibus suis arctius euitari. Si vero episcopi fuerint negligentēs, & excommunicatis scienter communicauerint, tamdiu cathedralium ecclesiarum canonici eis non communi- cent, quamdiu huic salubri sanctioni contempse- rint obedire.

IX.

Quoniam in quibusdam locis Alemanix fundatores ecclesiarum, vel heredes ipsorum, pote- state, in qua eos ecclesia hucusque sustinuit, ab- utuntur, partem decimarum, vel aliarum obuen- tionum ecclesiasticarum, in quibus ius obtinent patronatus, sibi retinentes ex pacto, repræsentant clericos ad easdem: huic vulnere cancroso & si- moniaco censuræ ferrum apponimus, decernen- tes vt ex quo constiterit patronum huiusmodi fla- gitium perpetrasse, anathemate feriatur, & eius ter- ra supponatur ecclesiastico interdicto, donec ec- clesiam liberam cum suo iure dimittat, saluo iure patronatus, quod eis de misericordia reseruamus, qui possunt per iuris excusari ignorantiam.

X.

Qui vero cæca cupiditate ducti, taliter a pa- tronis præsentationem receperint, officio bene- ficioque priuentur, nec ad beneficium vel actus